

illud eiusdem, immò suis erroribus accumulant, cum neglectis aruspiciis moueri castra iussisset, seque confessim sequi, signifer diu obluctatus, multis etiam auxiliantibus vexillum educere non poterat: **Quid** hic rursus ostenti est? Trepidè fortassis eruebatur, quod audacter insertum humi fuerat, debuit ne ideò Ducis animus terreri? Contempsit hoc auspicium & auspicium & Religionum omnium contemptor, quid egit nunc? Aduersantibus Diis pugnauit, cecidit ipse cum exercitu, & insignis tunc Republicæ clades temeritate Ducis illata, hoc præsertim exemplo fidunt, ac nitūtur auspiciorum assertores: Ego autem sicut temeritatem in Romano Duce nob̄ excuso, sic cōtemptū huiuscemodi nugarum non accuso, Flaminioque compatiōr, iniquissimis usotam iudicibus quam fortuna. Calliditas quidem Hannibal's nota est, qua cum spē alias, tum illo præsertim die victoriam quæsiuit. Ea vobis mihi credite Romani potius quam auspiciorum contemptus, aut stomachulus pullorum obfuit. **Quid** enīm oro, Cornelius Scipio apud Ticinum? **Quid** Sempronius apud Trebiam paulo antē meruerant, ab eodem hoste

super-